abijcias ne deficias cum ab eo cor
riperis subiungẽs causam Ibidẽ
c.5. dicit Ipse morieẗ qꝛ nõ habu
it disciplinã. ꝛ eodẽ li. c. 12. q̊ dili-
git disciplinã diligit sciam. qui ãt
odit increpatões insipiẽs ẽ. ꝛ apo.
ad Ephe. 6. noie xp̃i hortatur pa
stores gregis dei qui sunt ei pr̃es
dicẽs. educate illos in disciplina
ꝛ correptõne dei ex quibꝰ ꝟbis col
ligitur ꝙ disciplina multipliciter
in scriptura accipitur Uno modo
ꝓ sciẽtia ꝓut est in discipulo. ꝛ sic
deriuaẗ a verbo disco sicut scia dꝛ
doctrina vt est in mgr̃o. Alio mõ
et magis ad ꝓpositũ disciplina est
ãmonitio castigatio aut verbera-
tio. ꝛ sic venit a ꝟbo displiceo. qꝛ
hec cõiter displicent. q̃q̃ꝫ ꝭm btm̃
Tho. scd̃a scd̃e. q. 80. ar. j. ad ter-
ciũ argumẽtũ. hec disciplina non
debeaẗ ex debito necessitatꝭ. qꝛ in
feriori nõ est aliq̊s obligatꝰ inq̄n-
tũ est inferior. p̄t tñ aliq̊s supiori
obligari vt inferioribꝫ ꝓuideat.
ꝭm illud Matth. 24. fidelis ꝭuꝰ
ꝛ prudẽs quẽ ꝯstituit dñs sup fa-
miliã suã vt det illis cibũ in tem-
pore ꝛ hoc mõ disciplina est ãnexa
iusticie. sicut correctõ certo modo
accepta est iusticie actus.

Sacerdotes ꝛ singulari-
ter curati. Districte obligati sunt
ad corigendũ excessus subditoꝝ.
nedum correctiõe fraterna sed po
testatiua.

SAcerdoti
bus q̊s dꝰ suo poplo
p̄fecit potissimũ ꝯgru
ens ẽ correctõ Eq̊dẽ ipsos ad disci
plinãdũ siue corrigẽdũ ꝓ excessibꝫ
subditos sub maxio debito obli-
gans Ezech. 3. dicit dñs cuilibet
sacerdoti p̄cipue curam habẽti in
psona ezechielis. fili homis specu
latorẽ dedi te domui isrl̃ vt audi
es de ore meo verbũ et ãnũciabis
eis ex me. Si dicẽte me ad impi-
um morte morieris. non annunci-
aueris ei neqꝫ locutꝰ fuerꝭ vt auer
tatur a via sua impia ꝛ viuat ipse
ipiꝰ in iniq̊tate sua morieẗ. sangui
nem ãt eius de manu tua requirã
sup q̃ verba b. Aug. i ꝭmõe dñice
p̃me pꝰ octauas pasche dicit. Ui-
detis q̃ꝫ sit tacere piculosum. mo-
ritur ille et recte moriẗ i impietate
sua ꝛ pctõ suo moritur. negligẽtia
em̃ eius occidit eũ nam pastorẽ in
ueniet viuentẽ qꝛ ait. viuo ego di
cit dñs deus cũ fuerit negligens
nõ admonẽte illo qui ad h̓ est p̄po
situs ꝛ speculator vt admoneat et
ille iuste moritur et iste iuste dam-
naẗ. Isidorꝰ ꝟo de summo bono
libro. 4. ca. j4. ait. Sacerdotes
populorum iniquitate damnãtur
si eos ignorãtes non erudiant aut
peccantes non arguant. quia ꝭm
beatũ Thomã scd̃a scd̃e. q. 33. ar.
j. Correctio delinquẽtis est quod
dam remedium quod debet adhi
beri contra peccatum alicuiꝰ. pec-
catum autem alicuius dupliciter
potest considerari. Uno modo in
quantũ est nociuum ei qui peccat
Alio mõ inquãtũ vergit in nocu-
mentum aliorum. qui eius pecca-
to ledũtur vel scandalizanẗ ꝛ etiã
inquãtũ est nociuum boni ꝯmũis

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-714/0076
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG